



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

De impedimento voti & cognationis cap. 4.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

melioretur, vt si ducat liberam, putans esse seruam. \*Tertio, Cū erroris conditio deterioratur, non tenet: vt si quis ducat seruam, putans esse liberam, ne quidem si dominus eam postea manumittat, nisi accedat nouus consensus vtriusque. \*Quarto: si cognita conditioe deteriori, post contractum matrimonium, iterum habeatur copula affectu maritali, erit matrimonium saltem in foro exteriori.

*De impedimētis Voti, & cogitationis. Cap. 4.*

**V**otum solemne Religionis approbatæ ( exceptis SS. Dominici, ac Franc. tert. ord. fratribus) & votum simplex Societatis Iesu, & votum solemne ordinis maioris impediunt matrimonium, & dirimunt, & clericus vel Monachus contrahens in-

currit excommunicationem latæ sententię, que reseruat Episcopo, & per votum hic intelligitur, tam expressum, quam tacitum: ut quod fit post primum probationis annum eo ipso quo quis actum professi facit, & pro professo se gerit. Cognatio est triplex, Spirituales, Legalis, & Naturalis. Cognatio spiritualis post Concilium Tridentinum est tantum inter baptizantem & baptizatum, & patrem & matrem baptizati, & inter comparres, seu susceptores, qui duo tantum esse debent, & baptizatum, & patrē & matrē baptizati. Quando verò patrini mittunt procuratores ad suscipiendum, procuratores ipsi contrahunt, si velint contrahere, non patrini. Cognatio legalis nascitur ex adoptione alicuius in filium, & est triplex: Prima inter adoptantem, & adoptati filios, & nepotes vsque ad quartum gradum. \* Secunda inter filios le-

gitimos adoptantis, & ipsum adoptatum.\* Tertia inter vxorem adoptantis, & adoptatum, & inter adoptantem & vxorem adoptati.\* Primus & tertius gradus sunt impedimenta perpetua, nisi fiat per Papam dispensatio: \* Secundus non impedit mortuo patre, vacante eius cura.

*De Cognatione naturali, & consanguinitate. Cap. 5.*

**C**ognatio naturalis est vinculum multorum ab vna stirpe descendentium. In generationibus enim est duplex linea, recta, & transversalis: Recta est, quando multi ab vno descendunt, quorum vnus ab alio successiue procreatus est, vt à patre filius, à filio nepos, & à nepote pronepos. Transversalis est secundum quam multi ab vno descendunt, non tamen vnus ab altero, vt à patre duo filii

ex v  
filii e  
autem  
cognat  
uanda  
nume  
perfor  
gratia  
perfor  
de pat  
gradu  
transf  
bus p  
ratim  
quo s  
coniu  
verbi  
us pat  
in pri  
erunt  
neat  
perfor  
scend  
si vna  
motio